35 text

Odoricus de Portu Naonis,
Descriptio orientalium partium 69

Der Lebensstil eines reichen Südchinesen

Der selige Odorich von Pordenone, der China wenige Jahre nach Marco Polo bereiste, bewies bei seiner Begegnung mit dem fremden Reich der Mitte kaum weniger Abenteuerlust und Neugierde als der berühmte Reisende aus Venedig.

1 Cum autem essem in provincia Manzi, transivi iuxta[1] palatium cuiusdam hominis popularis[2], qui vitam suam disposuit in hunc modum: Nam habet quinquaginta virgines sibi continue servientes, omnia fercula[3] sibi quina[4] et quina ab iis virginibus praesentantur cum gaudio magno et cantu et diverso genere musicorum, et sic cotidie splendide cum talibus deliciis epulatur[5]. […]

2 Circuitus[6] palatii sui dicitur duo miliaria[7] continere. Palatium autem, in quo continue commoratur, factum est per hunc modum: Nam pavimentum[8] ipsius habet unum latus de auro, alterum de argento. In medio huius palatii factus est unus elevatus[9] monticulus[10] de argento et auro, in quo ciboria[11] et campanilia[12] facta sunt, sicut in monasteriis[13] fieri solet. Dicitur enim, quod[14] quatuor homines delicati[15] et nobiles sint in regno Manzi, inter quos iste non infimus reputatur.

3 Nobilitas ipsius et suorum est longos habere ungues[16]. Unde tantum permittunt aliqui crescere sibi ungues pollicis[17], quod[18] circumeunt sibi manus. Pulchritudo autem mulierum est parvos habere pedes. Unde quando femella[19] nascitur, ligant[20] illi pedes ab infantia et eos crescere non permittunt.

1 **1 iuxta** (+ acc.): nahe bei **2 popularis**, -e: h. bürgerlich **3 ferculum**, -i n.: Gang (beim Essen) **4 quini**, -ae, -a: je 5 (Distributiv-Zahlwort zu quinque) **5 epulor** 1: speisen, tafeln

2 **6 circuitus**, -us m.: Umfang **7 miliarium**, -i n.: Meile(nstein) **8 pavimentum**, -i n.: Fußboden **9 elevatus** 3: aufgetürmt **10 monticulus**, -i m.: kleiner Berg (Diminutiv zu mons, -ntis) **11 ciborium**, -i n.: (Altar-) Baldachin **12 campanile**, -is n.: Glockenturm (vgl. Campanile) **13 monasterium**, -i n.: Kloster **14 dicitur**, quod (mittellat.) = dicitur + NcI **15 delicatus** 3: dem Genuss ergeben

3 **16 unguis**, -is m.: (Finger-, Zehen-)Nagel **17 pollex**, -icis m.: Daumen **18 tantum**, quod (+ ind.) = (mittellat. statt) tantum, ut (+ coni.) **19 femella**, -ae f.: kleine Dame (Diminutiv zu femina) **20 ligo** 1: zusammenbinden, einschnüren

35 kommentar

Odoricus de Portu Naonis,
Descriptio orientalium partium 69

1 in provincia Manzi: *Manzi* ist eine alte, leicht verächtliche Bezeichnung für Südchina (➤T34).